

**BOTANISKA ANMÅRKNINGAR,**  
gjorda i Lappmarken och tillgrän-  
sande Landsorter;

af  
**L. L. LÆSTADIUS.**

**F**ör den, som efterforskar orsaken till växternas olika utspridning öfver jorden, och de upplysningar, som deraf kunna hämtas i anseende till klimat och dylikt, är det alltid af stor betydighet, att många växter äro så inskränkta till särskildta afsöndrade fläckar, att det fordras flera forskares fortsatta bemödanden, att påfinna dem. Sålunda finner man helt oförmodadt växter på våra fjellberg, som man trott tillhöras blott några få ställen på de sydligare Europas fjellar. Det är sådant, som Kongl. Vetenskaps-Academien alltid ansett värdigt att efterforska. I sådant afseende vågar jag äfven inlemna närvarande skrift, som är frukten af en fyrdubbel sommarresa, och som så mycket leder sitt ursprung från det understöd och ljus, som Kongl. Academien delat äfven till dess författare.

§. 1.

*Beskrifning öfver några ovanligare växtformer från Lappmarken.*

1. *Poa pratensis* Linn.: Panicula diffusa: ramis horizontaliter patentibus lævibus. Spiculis

quinquefloris: flosculis paulisper villosis; radice stolonifera.

Habitat locis pingvefactis juxta domos Novaccolarum,

Folia stolonum plana; vaginis lævibus. Folia culmi lanceolata, canaliculata, brevia. Ligula brevis.

Gramen bipedale. Hanc genuinam esse arbitror *Poa* Linnæi *pratensem*, cujus descriptionem, ob comparationem varietatum sequentium attuli, quæ sunt:

2. *POA pratensis*  $\beta$ . *domestica*: panicula oblonga: ramis flexuosis paulisper asperis. Spiculæ tri-l. quadrifloræ ovatæ crassæque: flosculis villosis connexis evidenter quinquenerviis. Culmus striatus crassus, rigidus; foliis lanceolatis brevibus; ligula brevi truncata.

Habitat locis siccis Lapponiæ,

Gramen sesquipedale statura robusta. Quo magis locis aridis nascatur hocce gramen, eo magis rigescit, donec speciem nanciscitur sequentis,

3. *POA pratensis*  $\gamma$ . *rigens*: panicula oblonga, pauciflora, brevis, ramis horizontaliter patentibus lævibus, Spiculæ bi-quadrifloræ ovatæ; flosculis evidenter quinquenerviis undique ferme villosis. Culmus erectus, strictus, rigidus; foliis brevissimis; ligula brevi truncata. Radix adscendens stolonibus angustis conduplicatis.

*Poa rigens* HARTM, Flor. Scand. p. 448. Habitat locis, Solis ardoribus exustis et lapidosis Lapponiæ rariis. Juxta Quickjock Lapponiæ Lulensis ipse semel legi Anno 1820; at Cl. WARLENBERG nonnulla ejuscemodi Specimina apud

Utsjocki reperta e Lapponia Kemensi et in Kaisavare Finmark. orient. reportavit Anno 1802.

Gramen pedale interdum semipedale: vaginis foliisque glaberrimis.

A *Poa flexuosa* differt abunde: ramis patentibus rigidis; flosculis evidenter nervosis; culmo usque e medio foliis destituto; tota denique statura rigida. Non dubito, quin hæc etiam varietas ad *Poam pratensem* reducenda sit, quamquam loco valde difficili et arduo crescens monstrifer facta sit.

4. *Poa pratensis* ♂. *iantha* \*): panicula oblonga, brevis; ramis flexuosis lævibus. Spiculæ ovatæ, minutæ, bi-quadrifloræ; flosculis margine dorsoque paulisper villosis.

Folia culmi convoluta, brevissima, unacum vaginis lævissima. Ligula brevis. Radix stolonifera.

Habitat locis arefactis collium abundanter. Legi in insula Gammelgården et Rosbacken juxta Quickjock, nec non ad lacum Virihjaur Lapponiæ Lulensis, Anno 1821.

Gramen rubicundum tenue, inter semipedalem et bipedalem altitudinem varians. Radix oblique descendens stolones emittens binos ternosve subterraneos, qui mox de terra adscendendo emergunt, foliaque faciunt valde brevissima, anguste canaliculata, vel potius conduplicata, ut subulata existimes. Ista folia, quantum mihi observare licuit, primo quidem anno nascuntur tantummodo terna, viridia, falcata; postea vero insequente æstate, illis jam marcescentibus, totidem proveniunt nova, eadem natura ac priora; tertia

---

\*) Γένθος flos violacei coloris.

autem æstate culmus tandem surgit florifer. Folia igitur culmi partem inferiorem circumdantia semper emarcida scariosaque conspiciuntur; bina tamen ipso culmo apparent breviter, convoluta, fere subulata. Ligula brevis, amplexicaulis. Deinde culmus e geniculo in medio posito sublatus, strictus, rigidus folioque carens, paniculam sustinet subcontractam; ramis inferioribus plerumque quinque patentibus, superioribus autem flexuosis, erectis. Flosculi plerumque terni, quo casu rudimentum semper quarti apparet, minuti. Glumæ calycinæ ovatae, vix, quam latæ duplo longiores. Magnitudine admodum variat. Nam maxima, quæ mihi obviam venerunt, specimina bipedalis altitudinis erant, ac panicula tum quidem diffusa videbatur ramis horizontaliter patentibus. Minor et strictior, quam *Poa pratensis* æ. floribus violaceis, exiguis, trifloris; foliisque radicalibus brevissimis.

5. *Poa pratensis* s. *hydrophila*: panicula contracta; ramis flexuosis, erectis, lævibus. Spiculæ tri-quadrifloræ, villo connexæ. Radix repens; stolonibus longissimis setaceis.

Legi inter Carices in aqua crescentem juxta Quickjock Lapponiæ Lulensis Anno 1821.

Gramen sesquipedale. Radicis indoles ferme eadem, ac in varietate sequente. Folia autem stolonum longissima, quippe quæ dimidiam culmi altitudinem consequuntur, sed simul angustissima, ut omnino setacea dici mereantur. Forma paniculæ eadem, ac in varietate iantha. Folia tamen hujus culmea quoque longiora, plerumque emarcida, convoluta.

Omnes hæc varietates  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$ ,  $\epsilon$  inter se conveniunt: foliis culmeis brevibus unacum va-

ginis, lævissimis; panicula plus minus diffusa, ramis teretibus lævibus.

Quam ob rem has a *Poa pratensi* divellere non videtur esse consentaneum naturæ.

6. *POA trivialis?*  $\beta$ . *macrorrhiza*: panicula elongata, contracta; ramis paulisper asperis, erectis. Spiculae ovatae, bi-quinquelloræ; flosculis villosis. Folia culmi elongata planiuscula, siccitate convoluta; ligula longiuscula. Vaginæ foliorum subasperæ. Radix longissime repens.

Habitat locis pinguefactis Alpium rarius: inter alpes Kiergevare (vulgo Kirkivare) et Jegnaapo, et in convalle Vallekåisa legi Anno 1821.

Gramen plerumque bipedale interdum quoque semipedale, saturate viride. Radix longe horizontaliter repens. Neque tamen oblique serpit, sed directe pinguidam penetrat terram, donec emergens de fundo folia promittit longissima conduplicata. Rursus hæc ipsa radix continuatur subter terram, quo ad folium, culmumve attingat vicinum. Sed nondum finis est. Nam ulterius terra abscondita radix porrectaque, quasi **catena**, connectit culmos foliaque, hinc et illinc **surgentia**; adeo ut finem radicis frustra quæras. Ceterum culmus erectus foliis binis tenuisve succinctus, nunc brevibus convolutis, nunc longioribus fere planis, apice carinatis subasperis. Ligula amplexicaulis elongata. Vaginæ in primis stolonum asperæ. — Quamquam vaginæ foliorum ramique interdum paniculae læves evadant, tamen varietatem hanc, si ita placet, propius *Poa triviali*, quam *pratensi* accedere censeo ob paniculam contractam, ligulam foliaque elongata et cetera.

Etenim trivalem genuinam nunquam in Lapponia animadverti; sed in Jæmtia, ni fallor,

et in Norvegia e. g. juxta Nidrosiam eam legi, cujus hæc est Species:

7. *Poa trivialis* Linn.: Panicula contracta et spissa; ramis erectis asperis. Spiculæ trifloræ ovatæ. Flosculi tenuissime villosi, acuti, evidenter quinquenerves. Culmus longis latisque instructus foliis plerumque ternis ferme planis, una cum vaginis asperis. Ligula elongata, et quidem lanceolata. — Colore flavescente, foliorum et vaginarum asperitate, ligulaque elongata et ab hac et ab illa facile internoscitur.

8. *Poa alpina*  $\beta$ . *Lapponum*: Panicula inæqualiter diffusa: ramis curvatis subasperis. Spiculæ bi-quinquefloræ ovatæ; corollis villosiusculis hiantibus. Folia culmi lanceolata breviter. Radix fibrosa.

Habitat locis fertioribus regionis subsylvaticæ et subalpinæ. Legi in insula Frösön 1819, et in sylva betulina apud Virihjaur Lapponiæ Lulensis 1820; sed etiam Cl. WAHLENBERG specimen huic similia apud Polmak Finmarkiæ orientalis anno 1802 reperta in suo servat herbario. e

Gramen solitarium pedale; variat tamen altitudine spithamea interdum. Radix simplex fere raro stolonifera. Folia plerumque plana, lanceolata, obtusa, omnia ferme viridia; ligula mediocri, qualis *Poæ annuæ* esse solet. Rami paniculæ nunc deflexi, nunc patentes, nunc erecti. Spiculæ fere ut in *Poa alpina*, maxime quadrifloræ, glumis late ovatis. — *Poæne alpinae* an *annuæ* propior sit, prorsus ignoro; est enim statura graminis *Poæ annuæ*, at Spicularum forma *Poæ alpinae*.

Obs. *Poa flexuosa* Engl. Bot. Tom. 16, Tab. 1123, quam ab Auctore Flor. Britt. luculenter descriptam videmus, omnino ad *Poam laxam* Cl. WAHLENB. in Flora ejus Lapponica pertinere videtur, tametsi spicularum forma ac color in figura citata nostræ plantæ Lapponicæ minime sit consentanea. Illam tamen *Poam flexuosam* magis *Poæ laxæ* propinquam esse arbitror, quam cuiquam harum, de quibus nuper mentionem fecimus varietatum *Poæ pratensis*; idque tam foliorum cernitur laxitate totiusque paniculæ, quam ligula illa elongata et quidem lanceolata, qualem omnino nostra habet planta Lapponica. Et quamquam singulare hocce gramen a Cl. WAHLENBERG specialiter extricatum sit, tamen nos quoque ea, quæ de indole ejusdem comperti sumus, narrare non pigebit; ne quispiam post hæc idem commisceat cum aliis varietatibus, quarum magna Lapponiæ extat copia.

9. *POA laxa*: panicula (statu scilicet florenti) contracta, pauciflora, laxa; ramis flexuosis lævissimis. Spiculæ ante florescentiam revera lanceolatæ, bi-quinquefloræ (maxime quadrifloræ); flosculis remotiusculis, margine corollarum dorsoque paulisper villosis. Glumæ calycinæ lanceolatæ (longitudo latitudine triplo major). Folia culmea plerumque bina, convoluta, ligula elongata, lanceolata, qualis *Poæ flexuosæ* minime amplexicauli, quemadmodum varietas illa *iantha* mihi ceteræque habent. Radix stolonifera. Magna e radice fasciculorum surgit copia, quorum maxima pars emarcida conspicatur, uno alterove folio e turba illorum prominente viridi. Gramen primum spithameum (tumque *Poa laxa*

audit merito); deinde, postquam adolevit, pedale; fitque tum (statu præsertim maturo) rigidulum, ramis paniculæ atropurpureis patentibus. Spicularum color violaceo-ruber; marginibus croceis, albescentibus.

Nota hujusce graminis specifica, qua ceteris dignoscitur e longinquo hæc est præcipua, quod folium culmi supremum non longe a panicula sit remotum, cum in ceteris supra commemoratis varietatibus, culmus usque e medio foliis caret.

Plures quidem variationes in Lapponia vidi quæ hæc omittere lubet, quoniam indolem earum acurate inquirere non licuit.

10. *Luzula campestris*  $\beta$ . *nivalis* (mihi). Inflorescentia capituliformis terminalis, floribus multis exiguis conglomeratis constans; Calyces obtusi, capsula retusa globiformi breviores; culmus rigidus; foliis lanceolatis acuminatis brevibus, radix cæspitosa.

Habitat in rupibus occultis Alpium rarissime. In latere boreali alpium Jegnaapo, una cum *Luzula arcuata* et *spicata* semel legi anno 1821.

Magna de radice surgit cæspitosa foliorum culmorumque copia, qua in re cum *Luzula arcuata* convenire videtur.

Folia autem radicalia, quemadmodum *Luzula* habet *spadicea*, maculata, foliis *Luzulae campestris* latiora, complanata, apicem versus paulatim acuminata; culmea autem lanceolata breviora, vagina purpurascens, culmum rigidum strictumque amplectentia.

Bractea spicarum foliacea, convoluta. Spica præsertim capitalis flosculis exiguis; bracteolis in-

tegris. Capsula ferme globosa, apice retusa. Herba spithamea. Differt a *Luzula campestri*, inflorescentia capitata, floribusque minutis; a varietate *sudetica*, foliis brevibus, latioribus, maculatis; ore vaginarum minime piloso, culmo stricto rigido; a *Luzula arcuata*, foliis radicalibus semper complanatis; culmique brevioribus: bracteolis non fimbriatis et sic porro.

11. *STELLARIA graminea*  $\beta$ . *alpina* (mihi); panicula pauciflora; Folia calycina ovata acutiuscula, fere enervia, petalis longiora. Folia lanceolata, crassiora, fere carnosae, margine undulata subcartilaginea, internodiis plerumque longiora.

*Stellaria uliginosa* WAHLENB. Fl. Lapp.

Habitat locis arefactis Alpium rarius: Juxta lacum Virihjaur et in convalle Vallekårså Lappon. Lulens. legi anno 1821.

Herba digito vix major. Radix simplex, gracilis descendens; an sit vero perennis affirmare non audeam, quamquam folia radici proxima ovata et emarcida istiusmodi rationem indicare videntur. Pars caulis inferior, foliis approximatis, oppositis, subsecundis circumdata; pars superior, tamquam pedunculus e turba foliorum eminens, paniculam paucifloram, stipulisque exiguis suffultam attollit. Capsulae ovatae, stigmatibus plerumque bipartitis.

Obs. *Stellarium uliginosam* varietatem  $\beta$ , cujus mentionem fecit Cl. HARTMAN in Act. Holm. anno 1818, ego quoque in Lapponia saepe vidi. Pedunculis quidem lateralibus unifloris; caule ramoso dichotomo; foliis calycinis acutiusculis capsula oblonga brevioribus; petalis fugacibus; stigmatibus ternis plerumque bipartitis, flexuosis.

Fit hæc quoque varietas interdum paniculata; adeo tamen, ut pedunculorum quisque folio nitatur ordinario; caret enim stipulis membranaceis pellucidis, quæ competunt varietati longifoliæ, cujus etiam specimina in Lapponia legi.

12. *GNAPHALIUM carpaticum* WAHLENB.: Dioicum; cyma terminali convexa. Caule erecto, folioso; foliis lineari-lanceolatis utrinque albotomentosis, radicalibus quidem oblongo-lanceolatis basin versus attenuatis trinerviis; radice fusiformi.

♂ Corolla infundibuliformis, inflata, tubulosa, quinqueloba; pappo clavato.

♂ Capitulis oblongis, pappo setaceo.

*Gnaph. carpaticum* WAHLENB. Fl. Carp. p. 258. t. 3. fol. supra glabris.

*Gnaph. alpinum*, STURM Deutschlands Flor. Tom. X, Heft. 38.

Habitat locis suboccultis, in lateribus Alpium Boream versus pronis, rarius: ego quidem primum anno 1820 in rupe quadam pone alpem Kappasvare, florentem detexi; postea autem an. 1821 ad latus boreale alpis Kiergevore Lapp. Lulens. hic et illic crescentem legi.

Herba spithamea solitaria. Radix adscendens, fusiformis. Sarmentis quidem caret, stolones vero interdum seu fasciculi foliorum e radice proveniunt, quorum folia elongata, lanceolata, ad basin longe attenuata et trinervia conspiciuntur. Ceterum caulis magna foliorum copia ornatus.

Cyma terminalis quatuor aut octo Floribus composita, squamis lanceolatis, imbricatis scariosisque, quæ in herba masculina

flosculis adæquatae, in herba autem feminina iisdem evadunt breviores.

Pars corollæ inferior (in herba masculina) tubo constans cylindrico; pars autem superior concavo-inflata, limbo quinquefido. E medio autem corollæ eminet staminum columna, ipsa quoque quinquefida.

Obs. antequam adolevit herba, corolla cylindrica apparet stamina includens; estque tum solito minor. Itaque cavendum est, ne varietatem quispiam esse putet herbam nondum adultam.

13. *ARNICA alpina* Sw.: caule unifloro; foliis caulinis attenuato-lanceolatis oppositis; radicalibus lineari-lanceolatis trinerviis.

*Arnica alpina* SWARTZ. — OLIN Dissert. de Arnica p. 94. & 11. HARTM. Scand. Fl. p. 313.

*A. montana* β. Linn. Fl. Svec. pag. 295. Lilj. Sv. Flor. Ed. 2 pag. 361.

In alpe Zekkok Lapp. Lulens. semel legi an. 1820.

~~Planta alpina a vulgari illa valde diversa esse videtur.~~ Herba spithamea, radice crassa fusiformi. Folia radicalia, præter viriditatem lætiorem, ejusdem indolis ac *Gnaphalii carpativi*, omnino lanceolata, utrimque acuminata, trinervia. Caulis autem teres, pubescens, erectus, foliis binis oppositis ornatus; unicum tamen interdum in pedunculo cernitur foliolum. Ceterum inflorescentia *Arnicae montanae* non absimilis, quantum mihi inquirere licuit. Nondum enim herba erat adulta, cum mihi apparuit initio mensis Julii, ut de partium floralium indole, nihil certi afferre queam.

14. *CAREX dioica*  $\beta$ . *parallela*: Spica linearis; capsulis ovato-lanceolatis, concavo-convexis demum patentibus. Culmus sulcatus; foliis canaliculatis. Radix stolonifera et quam maxime cæspitosa.

Habitat una cum *C. dioica* locis madefactis alpium Lulensium copiose: primum juxta fluvium Stallädno reperi anno 1820; sed anno 1821 in lateribus alpium Kiergevare, Kappasvare et Thöke (Token) et florentem et fructificantem abundanter legi; infra alpes autem eandem nunquam animadverti.

Magna culmorum foliorumque abundantia ex eadem surgit radice, quæ tanquam catena connectit, alitque et gubernat civitatem hanc florentem.

Folia inferne omnino canaliculata; superne autem subulato-triquetra, serrulata. Culmus sulcatus superne interdum asper. Spica semper linearis, fere sparsiflora. Capsulæ primum calyce obtectæ, postea vero eodem longiores, ovato-lanceolatae, rostratae (nec margine serrulatae), ore hyalino. Herba adulta semipedalis. In quoque *Caricem dioicam* ipsam lectam ibidem comparationis gratia.

*Carex dioica*: Spica feminea oblonga densiflora; capsulis ovatis, margine serrulato; culmo tereti; foliis filiformibus. Stolones quidem emit tit radix varios, culmos autem plerumque solitarios vidî.

15. *CAREX bicolor* Allion.: Spicæ terminales plerumque ternæ, androgynæ inferne masculæ; bracteis amplectentibus setaceis; capsulis obovatis obtusis longitudine squamarum; stigmatibus binis; culmo obtusangulo laxo; radice cæspitosa.

*Carex bicolor*. Allion. Flor. Pedemontana n. 2311. Schk. Car. t. Aaaa, fig. 181.

Habitat locis arenosis alpium Lulensium raro: inter alpes Kiergevare et Thuoddaratchs juxta lacum Pállare semel legi anno 1821.

Planta digitalis, radice cæspitosa. Folia vix lineam lata, planiuscula, linearia, ferme glauca. Culmus inferne quidem subteres, superne autem triqueter, obtusangulus adeoque laxus, ut spicarum pondere interdum curvetur, terraque declinetur. Spiculæ ternæ ovatæ, quarum media androgyna et sessilis est; reliquæ breviter pedunculatæ. Bractea glumiformis, foliolo, aristæ ad instar, exserto, spicas æquante. Capsulæ obovatæ. Squamæ oblongæ obtusæ, nervo viridi per medium notatæ. Culmi ad terram erant declinati, foliaque sub arena ex aqua nivali delata latebant.

16. *CAREX aquatilis*  $\beta$ . *epigejos*: Spica mascula unica juxta basin plerumque androgyna. Spicæ femineæ superiores sessiles; inferiores breviter pedunculatæ, bractea foliacea breviter vaginante. Culmus obtusangulus, foliaque plana.

Habitat locis pinguidis, umbrosis, regionis subalpinæ et subsylvaticæ Lapponiæ Lulensis copiose.

Radix crassa vaginis multis ferrugineis circumdata. Folia omnia complanata item bracteæ. Capsulæ ovatæ, ore integerrimo, squamis oblongis obtusis longiores. Herba ceterum pedalis.

*Car. aquatili* sane proxima, tametsi *Car. illam saxatilem* sæpe adeo appropinquat, ut sorores haberes germanas. Sed hæc est differentia, quod altera culmum habeat obtusangulum, bracteas vaginantes squamasque capsulis brevioribus.

res; culmus autem alterius semper evadat acutangulus, bracteis dimidiatis amplectentibus, auriculis utrimque nigris vix conniventibus.

17. *ASPIDIUM Oreopteris* SWARTZ.: fronde pinnata: pinnis pinnatifidis, laciniis margine undulatis, obtusis; sporangiorum punctis marginalibus demum confluentibus.

*Aspid. Oreopteris*, Willd. Spec. Pl. Tom. V. p. 247.

In monte quodam juxta vicum Täråker provinc. Helgeland Norvegiæ semel legi anno 1819.

Statura satis robusta, laciniis pinnarum obtusis et Sporangiiis ad marginem magis approximatis ab *Aspid.* differt *Thelypteride*. Frondis superficies punctillis glandulosis, nectareis adpersa.

## §. 2.

*Anmärkingar öfver några rarare växtställen.*

(\*) i marginalen utmärker dem, som icke förut blifvit fundne i Lappmarken.

\* *Utricularia minor* Linn., Piteå Lappm. Arjeplog.

*Veronica saxatilis*, Quickjock, Njunnas.

*Aira alpina* Linn. Njunnas-Kårså Lul. Lappm.

\* *Poa sudetica* Hænk. Norrige, Indalen 1819; Quickjock, Valleramblet 1821.

*Poa laxa* Hænk. Quickjock, Kiergevare.

\* *Poa serotina* Ehrhart. Nammatchs i Luleå Lappmark 1820.

*Koenigia islandica* Linn. vid bäcken Vaschjajockå 1820; vid Jegnaapo-Jolle, Kappasvare, Stocke-jockå, samt Kåbrenåiwe 1821, allt i Luleå Lappmark.

*Pulmonaria maritima* Linn. Norrige, Levanger 1819.

- Campanula uniflora* Linn. Quickjock, Thuod-  
daratchs, Jegnaapo-Jolle.
- Viola montana* Linn., Fl. Dan.. Quickjock,  
Njunnas. vid Sjön Tata (Comminister Ul-  
lenius. 1821.).
- Ligusticum scoticum* Linn. Norrige, Stenskär  
1819.
- \* *Juncus balticus* Willd. Quickjock Lastach-  
tjawelk 1820.
- Juncus parviflorus* Ehrh. Quickjock, Välle-  
kårså, Vuolletjourvitak 1821.
- Andromeda tetragona* Linn. Quickjock, Ruod-  
nas, Kiergevare, Kåbrenåiwe 1821.
- Rhododendron lapponicum* Wahlenb. Quick-  
jock, Ruodnas, Ihldum, Kiergevare, Kå-  
brenåiwe 1821.
- Saxifraga Cotyledon* Linn., Norrige Indalen  
1819; Quickjock Njunnas 1821.
- Saxifraga cernua* Linn., Quickjock Gammel-  
gården.
- Saxifraga rivularis* Linn., Quickjock Thuodda-  
ratch, Kiergevare 1820, Vållekårså 1821.
- ~~*Saxifraga*~~ *caespitosa* Linn. Quickjock Nam-  
matchs, Vallekårså 1821.
- Alsinella stricta* Sw. Quickjock Kiergevare,  
Jegnaapo-Jolle 1821.
- *Lychnis apetala* Linn. Quickjock Njunnas-  
kårså, Puoitatchs, Kiergevare, 1821.
- Silene rupestris* Linn. i Nammatchs.
- Cerastium glabratum* Hartm. Quickjock Njun-  
nas Kårså.
- \* *Potentilla argentea* Linn. Piteå Lappm, Arje-  
plog Ischjach 1820.
- Potentilla nivea* Linn. Quickjock Algavare.

- Ranunculus lapponicus* Linn. Jockmock, Storbacken, Parkijaur-morkan, Quickjock, ofvanför Tjuskaure 1821.
- Pedicularis flammea* Linn. Quickjock, Kiergevare, Kåbrenåive 1821.
- Pedicularis hirsuta* Linn. Quickjock, Ruodnas Kiergevare, Jolle 1821.
- Draba hirta* Linn. Quickjock, Algavare, Kiergevare, Valle. 1821.
- Draba alpina* Linn. Kiergevare, Kappasvare, 1821.
- Gnaphalium supinum* Willd. Quickjock Vallebacken 1821.
- Erigeron alpinum* Linn. Njunnas 1821.
- Orchis albida* Swartz. Quickjock, Njunnas Kårså 1821 et Kardevare.
- Ophrys alpina* Linn. Quickjock, Kiergevare, Kappasvare 1821.
- \* *Carex microstachya* Ehrh. Piteå Lappmark Arjeplog 1820. Quickjock, Tjåmotes 1821.
- Carex tenuiflora* Wahlenb. Quickjock, Tjåmotes.
- Carex Oederi* Ehrh. Piteå Romelsön 1821.
- Carex ustulata* Wahlenb. Quickjock Njunnas, Kiergevare 1821.
- Salix polaris* Wahlenb. Quickjock, Kiergerare.
- Sal. myrtilloides* Linn. emellan Luleå och Råneå vid Landsvägen; vid Storbacken, Jockmock och Randijaur 1821.
-